

LIBER

uici fratre Lotbarij imperatoris trāstulit in latinū:

Hierarchiam & libros Dionysij: li. iij

Scriptit sup eisdem: li. iij

Et quædam alia.

Claruit sub Lotbario imperatore: Anno dñi. DCCC. L.

Anségisus abbas Lobienſis cœnobij: ordinis ſancti Benedic̃i: & poſtea ſe-
nonenſis archiepiſcopus: uir in diuinis ſcripturis eruditus: & in ſæcularib⁹
litteris nobiliter doctus: ſermone & ingenio clarus: diſtinxit & comporta-
uit ad utilitatem eccleſiæ catholicæ imperatorū Caroli magni & Ludouici leges:
quas uidi ut ſequitur: Videlicet:

Statuta eccleſiaſtica Caroli: li. ij Regnate dño noſtro leſu.

Leges mūdanas eiꝰſdē: li. ij De pace admonem⁹ ut.

Statuta eccleſiaſtica Ludouici: li. ij Oib⁹ uobis aut uſu.

Leges mundanas eiꝰſdem: li. ij Si ſerui p contumaciã.

Alia in ſuper nonnulla edidit: quæ ad noticiã meã nõ uenerunt.

Claruit ſub Lotbario imperatore filio Ludouici: Anno dñi. DCCC. XL.

Amulus ep̃ſ Lugdunenſis in gallia: uir in diuinis ſcripturis ſtudioſus: &
ueterum lectiõne eruditus: atq; in ſæcularibus litteris nõ mediocriter do-
ctus: tã hebraica q̃ latina lingua clarus: ingenio acer & uehemens: eloquio
ſcholãſticus atq; cõpoſitus: Scripſit non contemnẽdæ lectiõnis opuſcula: De qui-
bus ego tantum legi opus inſigne ad Carolū:

Contra iudæos: li. j Detestada iudæozꝰ p̃fidia.

De cæteris adhuc nullum uidi.

Claruit ſub Ludouico Caroli magni filio: Anno dñi. DCCC. XXX.

Bertramus preſbyter & monach⁹: in diuinis ſcripturis ualde peritus: & in lit-
teris ſæculariū diſciplinariū: egregie doctus: ingenio ſubtilis & clarus elo-
quio: nec minus uita q̃ doctrina inſignis: Scripſit multa præclara opuſcula:
de quibus ad meã noticiã pauca peruenerunt. Ad Carolum regem fratrem
Lotbarij imperatoris ſcripſit cõmendabile opus:

De prædeſtinatione: li. j

De corpore & ſanguine dñi: li. j

Claruit temporibus Lotbarij imperatoris: Anno dñi. DCCC. XL.

Turpinus archiepiſcopus Remenſis: Caroli imperatoris magni amicus &
ſecretari⁹: uir in diuinis ſcripturis eruditus: & in ſæcularibus litteris nobi-
liter doctus: carmine & proſa exercitatū habens ingenium: pauperū ad-
uocatus: uita & cõuerſatione deo dilectus: qui ſe cū Carolo p̃prijs manibus & ar-
mis ſarcenos ſæpe fatetur expugnãſſe: Scripſit eleganter:

Gēſta Caroli magni: li. ij

Ep̃ſtolaꝝ ad diuerſos: li. j

Claruit ſub eodē Carolo & Ludouico eiꝰſ filio: Anno dñi. DCCC. XXX.

Nastatus apoſtolicæ bibliothecæ cuſtos & inſtaurator ſagaciſſim⁹: in diui-
nis ſcripturis eruditus & in ſæcularib⁹ litteris nobiliter doctus: græco & la-
tino multū peritus eloquio: fertur nonnulla compoſuiſſe opuſcula: ſed ad
manus noſtras nihil eorum peruenit. Tranſtulit autem multa græcorum uolumi-
na in latinum. Nam iubente Nicolao papa primo tranſtulit:

Vitam Iobannis elemoſynarij: li. j

Vnã Dionysij bterarchiã: li. j

Synodū ſeptimã uniuerſalē: li. j

Vitas multorū patrū: li. j

Et plura alia.

Claruit ſub Ludouico imperatore ſecundo: Anno dñi. DCCC. LX.

Vetuspost